

tra Patrum orthodoxorum decreta proponuntur, me non aliter sentire, nisi quomodo sancta vestra apostolica doctrina et orthoïdoxa tenet Ecclesia, et omnem novitatem repellens atque respuens, non solum ecclæsin, quæ a Pyrrho Constantinopolitano episcopo defendebatur, abjecit, quippe quia ut heretica docebibus Constantinopolitane Ecclesiæ est deposita, sed et quæ ad ejusdem defensionem noviter conscripta sunt, omni modo nec consentio, nec suscipio, sed cum anathemate repello. Sed et duas operaciones duasque voluntates profiteor, et Deum et hominem Dominum Jesum Christum per Spiritum sanctum in utero Virginis conceptum et natum, in duas naturis verum Deum et hominem, in una persona utraque operantem, quæ deitatis et humanitatis sunt, tenere me profiteor, nec aliud quam quod sanctas quatuor universales synodos invenimus prædirasse, et quintam sub piæ memorie Justiniano, suscipere, sed soli fidei a Patribus constitutam, per quam verum Deum verumque hominem totum in suis, totum in nostris prædicaverunt, omni constantia profiteri. Ad quod hanc satisfacionis meæ suggestionem, per consimilios meos Maurum Cæsareum episcopum et Deum dedit presbyterum, dirigere non omisi, eosque vice mea, ut quidquid adversum thesos vel alia conscripta ad ejus defensionem noviter commentata descripserint me sine dubio esse conservaturum. Et subscriptio. Ora pro me, domine sancte et meritis beatissime, totoque orbe apostolice papa.

των ὑερίσκωνται, ταῦτα με ἀναμφιδόλως παραφύλαττεν. Ή Εὗξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ, κύριε ἀγιώτατε καὶ μαρτυρίατε, καὶ τοῦ κόσμου πάντος ἀποστολική πάτα.

A ἀποστολικὴν ἀγιωσύνην. Περὶ γέρ τῶν προκειμένων. ἤτοι τῶν προτεθέντων κατὰ τῶν θεσπισμάτων τῶν ὀρθοδόξων πατρῶν, οὐκ ἄλλως φρονῶ, εἰ μή καθὼς ἡ ἀγία ὑμῶν ἀποστολικὴ διδασκαλία φρουρεῖ. Κατέχειν γάρ ὅμοιογάν ὡς ἡ ὁρθοδόξος Ἐκκλησία κατέχει, πᾶσαν κανονικόν εἶναι οὐμένος τε καὶ διερρήπτων, ὧστε μὴ μόνον τὴν ὑπὸ Ηὔριου, τοῦ γενομένου Κανονικόν πόλεως ἐπισκόπου, διεκδικουμένην ἔκθεσιν ἀπεβαλλεσθαι, τὴν ἐκ τῶν τειχῶν τῆς ἐν Κανονικόν πόλει Ἐκκλησίας κατενεγχθεῖσαν ὡς αἱρετικήν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ τρόπος ἐκδίκησιν αὐτῆς νεωστὶ συγγραφέντα διαπέντεν μετὰ ἀναθίματος, οὐδαμῶς αὐτὰ προσδεχόμενος, ἢ συνανιῶν αὐτοῖς παντελῶς. Δύο γάρ ἐνεργεῖς, καὶ δύο θελήματα τοῦ Ευρίου ἔμπον Ἰησοῦ Χριστοῦ πρεσβεύων, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ὄντα γενάσκων, καὶ ἐν Πεντάτοκος ἀγίον ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου συλληφθέντα, καὶ ἀσπόρως ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα. Δύο γάρ φύσεις ἐν ἐνὶ καὶ τῷ αὐτῷ προσώπῳ πιστεύομεν ἔκάτερα ἐνεργοῦντι. τὰ τε τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος. Ἀλλο τε μὴ παραδεχόμενοι παρό τὰ ἐκ τῶν ἀγίων οἰκουμενικῶν τεσσάρων συνόδων πηρυσχθέντα, καὶ τῆς πέμπτης τῆς ἐπὶ τοῦ ἐν εὐσεβείᾳ τῇ μνήμῃ γενομένης Ιουστινιανοῦ. Ἀλλὰ μόνην τὴν ἐν τῶν ἀγίων πατρῶν παραδοθεῖσαν κατέχομεν πίστεν, δι' ἡς τὸν ἀληθινὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ἀληθινὸν, δολον ἐν τοῖς ἴδιοις, δολον ἐν τοῖς ἡμετέροις. ἐκπρυξαν μετὰ πάσης ἀκλεινῆς ὅμολογίας σταθερῶς πιστεύομεν. Οὐ χάρεν, ὡς εἴρηται, τὸν τῆς παρούσης ἀπόλογίας ἀναφορὰν ἐσπούδαστα καταπέμψαι διὰ τῶν συνδούλων μου Μαύρου τοῦ Κεστίνης ἐπισκόπου, καὶ Δεουσδέδειτ τοῦ πρεσβυτέρου, ὅπως τὸ ἐμὸν ἀναπληρώσωσι πρόσωπον, καὶ πᾶν εἴτι κατὰ τῆς εἰρημένης ἐκθίσεως, ἥ καὶ καθ' ἑταῖρων συγγραμμάτων εἰς ἐκδίκησιν αὐτῆς νεωστὶ συνταγένεται. Ή Εὗξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ, κύριε ἀγιώτατε καὶ μαρτυρίατε,

C ρων συγγραμμάτων εἰς ἐκδίκησιν αὐτῆς νεωστὶ συνταγένεται. Ή Εὗξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ, κύριε ἀγιώτατε καὶ μαρτυρίατε,

ANNO DOMINI DCXLIX.

SANCTUS MARTINUS I,

ROMANUS PONTIFEX.

NOTITIA HISTORICA

(Mansi, Conciliorum ampl. collectio.)

Martinus, ^a de civitate Tudertina, provincia Tus-

D cīæ, ^b sedit annos sex, mensem unum, dies viginti

NOTÆ SEVERINI BINI.

a Martinus. Anno Christi 649, die prima mensis Julii post interregnum unius mensis et sexdecim dierum, Martinus, ex Tuscia oriundus, thronum apostolicum concendit. Ilunc Novatianæ hæreses sectatorem suisse calumniantur novatores hæretici, ideo quod in epistola 11, ad Amandum, docuerit non esse dandam veniam presbyteris vel diaconis post ordinationem suam peccantibus. Sed si pontificis epistolam seqvestro omni affectu attente legissent, vel etiam omnium legerent, sine dubio ipsos suæ malitiæ et ignorantiae puderet. Cum enim Amandus Traiectensis episcopus, pravos mores ecclesiasticorum pertesus, a Romano pontifice vacationem ab episcopatu per litteras polivisset, Martinus merito id, quod cum incommode ecclesiæ Traiectensis petiverat, illi ne-

gavit, et ad disciplinam ecclesiasticam ibidem reformatum eumdem admonuit, ut presbyteros ac diaconos graviter peccantes a gradu suo deponat; et, si resipuerint, veniamque petierint, eos quidem absolvat, sed nunquam sui gradibus ac dignitatibus restituat. Unde patet quod Martinus non tam de peccatorum venia, quam de restitutione ad sacra ministeria loquatur. Vide Bellarum. lib. iv de Rom. pontif., cap. 12.

Ilic per sanctum Landelinum, Cameracensis ecclesiæ presbyterum, et sanctum Amandum Lodiensem [Traiectensem] episcopum, et sanctum Follianum Hibernicæ apostolum, impestita ipsis prædicandi facultate, multos infideles ad Ecclesiam perduxit.

b Sedit annos sex. Baronius, in appendice tom. XI,

sex [B., mens. iii, d. xii]. ^a Hujus temporibus Paulus Constantinopolitanæ urbis episcopus, inflatus superbiæ spiritu adversus rectum sanctæ Dei Ecclesiæ dogma, audacter præsumpsit, paternis definitionibus contraire. ^b Insuper studuit ad cooperimentum [ad experimentum] proprii erroris ^c quorumdam subreptioni, ut et clementissimo principi suaderet typum exponere, qui [quo] catholicum dogma destrueret. In quo typo omnes omnino voces sanctorum Patrum cum nefandissimorum hæreticorum dictionibus [editionibus] enervavit, scilicet nec unam, nec duas voluntates, aut operationes in Christo Domino nostro deliriens considerari. Qua de re hujusmodi pravitatem suam defendens, quod nunquam nec a prioribus hæreticis præsumptum est, ipse ^d in lite præsumere studuit in tantum [vero vesaniæ prorupit] ut altare ^e sanctæ nostræ sedis, quod erat in domo Placidæ sacramatum in venerabili oraculo, subvertens, diripere. Prohibens ne adorandam et immaculatam hostiam apocrisarii nostri ibidem Deo offerre valeant, nec communionis sacramenta percipient. Qui videlicet apocrisarii ^f ex præceptione apostolicæ auctoritatis commoverunt eum, ut de tali hæretico intentu recederet. Nec non et contestari visi [communuerunt] cum, ut ab hujus hæresi intentione recederet. Nec non et contestari eum jussi sunt, persecutionibus diversis cum aliis orthodoxis viris, et venerabilibus sacerdotibus, [at ille] insecurus est eos, quosdam eorum custodia retrudens, alios in exsilium deportans, alios autem verberibus ^g committens. Quibus pene omninem mundum conturbantibus, ex diversis locis querelam contra eos ad apostolicam nostram sedem plurimi orthodoxi detulisse monstrantur. Corjurantes ut totius malitiaæ tantæque eversionis per apostolicam auctoritatem ^h abscondant [abscinderetur] continentum, quatenus minime totius [totum] corpus catholicae Ecclesiæ nocibilis eorum ecclesios [exsecrutionis] languor disrumpere valeat. Tuuc Martinus sanctissimus ac ⁱ beatus episcopus misit, et congregavit episcopos in urbem Romanam numero centum et quinque, et fecit synodum secundum institutum [instituta] Patrum orthodoxorum in ecclesia Salvatoris juxta episcopium Lateranense. Sedentibus episcopis et presbyteris, astantibus diaconis et clero universo, condemnaverunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, et Paulum, patriarchas Constantinopolitanos, qui novitates contra immaculatam

A fidem præsumpscrunt innectore. Quippe quoniam ipsam excludere properantes, hæreticorum dogmatum contra catholicam Dei Ecclesiam confusionem concinnaverunt [continuaverunt], anathematis ultio- ne perculti [percussi] sunt. Quæ synodus hodie archivo ecclesiæ continetur. Et faciens exemplaria, per omnes tractus Orientis et Occidentis direxit, et per manus orthodoxorum fidelium disseminavit. ^b Ipsi diebus direxit imperator in Italiam Olympium cubicularium et exarchum ad regendam omnem Italiæ, præcipiens, et dicens: Oportet gloriam tuam, ut sicut nobis suggestit Paulus patriarcha, hujus a Deo conservandæ urbis peragere. Et si quidem invenieris provinciam ipsam consentientem in typo a nobis exposito tenere omnes, qui ibi sunt, episcopos et hæreticos possessorum, atque habitatorum, et peregrinos, ^h et in eodem subscriptant [facias tenere omnes qui ibidem sunt, episcopos, et possessores (B., professores) atque habitatores in eodem subscriptare]. Si autem quomodo nobis suggestit Platon glorus patritius, et Eupraxius glorus, ⁱ potueritis suadere exercitui ibidem consistenti, jobemus teneri Martinum, qui hic erat apocrisarius in regia urbe. Et postmodum omnes Ecclesias relegere eum; quia factus est a nobis orthodoxus typus, et omnes episcopi Italæ in ipso subscriptant. Si autem invenieritis [inveneris] contrariam in tali causa, exercitum tacitum habetote donec obtinueritis [obtinueris] provinciam, et potueritis vobis exercitum [majorem] aggregare ⁱⁱ tamen Romanæ civitatis, atque Ravennatis [tam et Romanæ civitatis, quam et Ravennatis], ut ea quæ a nobis præcepta sunt, quantocius explore valeatis [valeas]. Qui prædictus Olympius, veniens in civitatem Romanam, invenit sanctam Romanam Ecclesiam coadunatam cum omnibus episcopis Italæ, seu sacerdotibus vel clero. Et volens implere ea quæ ei jussa sunt, ⁱⁱ amans secum exercitum virtutis [C., exercitus virtute], voluit schisma sanctæ Ecclesiæ [in sanctam Ecclesiam] intromittere. Hoc per plurimum tempus actum est. Et non illum omnipotens Deus permisit quæ nitebatur perficere. Videns ergo se a sancta Dei catholica atque apostolica Ecclesia superatum, necesse habuit de sua quasi mala intentione declinare, ut quod non potuit per manum armatum facere, sub hæretico [subreptio] modo per missarum solemnia in ecclesia Dei sanctæ genitricis semperque virginis Mariæ ad Præsepe perficeret.

VARIANTES LECTIONES EX COD. LUC. 490.

- ¹ Et super.
- ² Quibusdam subreptionibus.
- ³ Illicie.
- ⁴ Sanctæ deest.
- ⁵ Quia ex.
- ⁶ Submittens.

- ⁷ Abscindatur.
- ⁸ Beatissimus.
- ⁹ Ut in.
- ¹⁰ Potueris.
- ¹¹ Tum.
- ¹² Armans.

NOTÆ SEVERINI BINII.

corrigens id quod prioribus Editionibus de tempore sedis sancti Martini senserat, ait eum annis quinque, mensibus quatuor atque diebus duodecim, Ecclesiæ regimen administrasse.

^a Hujus temporibus Paulus Constantinopolitanæ urbis episcopus. Hæc quæ dñmceps sequantur apud Auastasium vere sub pontificatu Theodori contigisse,

adeoque hoc loco male recensi, supra annotavi, in notis ad vitam ejusdem Theodori.

^b Ipsi diebus, etc. Quæ hic ab Auastasio enarrantur, contingunt circa tempora illa quibus, habita in urbe Lateranensi synodo, pontifex Monothelitarum hæresim condemnaverat. Vide Baron., ann. 649.

Nam dum communionem ei porrigeret sanctissimus papa, voluit eum crudeliter interficere, ut demandarat suo spathario. Sed omnipotens Deus, qui solitus est servos suos orthodoxos circumtegere, et ab omni malo eripere, ipse excœavit spatharium Olympii exarchi, et non est permisus videre pontificem, quando exarchum communionem porrexit, vel pacem [C., panem] dedit, ut sanguis ejus effunderetur, et catholicae Dei Ecclesie hæresi subjugaretur [subjiceretur]. Quod postmodum prædictus armiger diversis cum jurejurando professus est. Videns ergo Olympius exarchus, quia manus Dei circumtebat Martinum sanctissimum papam, necesse habuit se cum pontifice concordare, et omnia quæ ei iussa fuerant, eidem sanctissimo viro indicare. Qui facta pace cum sancta Dei Ecclesia, colligens exercitum, profectus est Siciliam adversus gentem Saracenorum qui ibidem habitabant. Et peccato faciente, major interitus in exercitu Romano pervenit, et post hoc

A isdem exarchus morbo interiit. ^a Deinde directus est ab imperatore Theodorus exarchus, qui cognomento Calliope dicitur, cum Theodoro imperiali cubiculario, qui et Pellurius [Pelarius] dicebatur, cum jussione. Qui tollentes sanctissimum Martinum papam de ecclesia Salvatoris, quæ et Constantiniana appellatur, perduxerunt Constantinopolim, et ^b nec sic acquieciit. Deinde directus est prædictus sanctissimus vir in exsilium, in locum qui dicitur Cersona [B., Chersona]. ^c Et ibidem, ut Deo placuit, vitam finivit in pace Christi confessor. Qui et ^d multa miracula operatur usque in hodiernum diem. ^e Fecit autem ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros undecim, diaconos quinque, episcopos per diversa loca, num. 33. Depositus ^f die 16 mensis B Septembris [Depositio ejus celebratur xv Kalendas Octobris (B., xii Novembris)], ^g et cessavit episcopatus dies xxviii.

VARIANTES LECTIONES EX COD. LUC. 490.

¹ Eum interire, et demandare, etc.² Subjugaretur.³ Nec sic eis.^a Die 17.^b Desunt reliqua.

NOTÆ SEVERINI BINII.

^a Deinde directus est ab imperatore Theodorus. Cum imperator cognovisset, per Olympium apud sanctum Martinum papam nihil effectum fuisse, ipsamque Monothelitarum hæresim una cum typo quem promulgaverat damnata esse, cœnctis in pontificem tribus columnis, quasi fidem a majoribus traditam mutasset, cum Saracenis conspirasset, atque contra Dei genitici Mariane cultum nescio quid locutus, illegitime pontificatum occupasset, jussu Heraclii, atque opera Theodori Calliope exarchi, per vim militarem et basilica Constantiniana pontifex abductus, abtrahitusque e palatio Lateranensi, et in navim conjectus, asportatus est in Orientem, mandato clericis dato, ne abductum sequerentur. Capto pontifici, quantumvis morbo podagrico affliccatur, inhibitus fuit ne in terram concenderet e navi, omneque humanitas officium illi negatum est, eo consilio, ut, integro anno inter Cycladas detentus, his ærumnis a constantia solita amoveretur. Post exactum annum unum, tandem adduxerunt illum Constantinopolim, ubi post lapsum xcii dierum, quibus omnium alloquio dedicabatur, in juicium adductus, accusatus, et per falsos ac perjurios testes convictus, gladio addicitus, pontificalibus ornamenti exiit, urbis opprobrio exponitur, catenisque operatus in carcere retruditur; jamque gloriam martyrii consecutus fuisse, nisi Paulus Constantinopolitanus episcopus morti vicinus obstatisset. Nam cum illi imperator, postridie quam hac gesta fuerant, retulisset quæ in sanctissimum pontificem commissa erant, suo seipsum judicio condemnans, teste Anastasio, in epistola hac de re ad Occidentales scripta, « conversus ad parietem dixit: Hei mihi! et hoc ab abundantiam judiciorum meorum actum est; nunquidnam, Domine, non est miserabile talia pati pontificem? Tunc attentius adjuravit imperatorem sufficere ei in his quæ passus est, nibilque amplius sustinere. » Quod cum beatus papa audisset, ægre tulit, expectans per gladium consummare martyrium. Post aliquot dies igitur suos jam ante consulatus, navigio in Chersonam transversetus est clanculum, ut ibidem in exsilio fame, aliisque corporis calamitatibus consumptus, diem extremum cludere cogeretur.

Chersonæ constitutus, duas postremas scripsit epistolæ, quibus indicit, quas ibi aeris injurias, quamque corporis inediem sustineat.

D De regale Martino pontifice Theodorus exarchus Romæ certior factus, curavit quod mandaral Constans imperator, ut quantumvis reluctaretur clerici Romanus, Martinus successor designaretur. Ad majus incommode evitandum, tandem universi cleri consensu electus est Eugenius ista conditione, ut saltem eo tempore, quo vivebat sanctus Martinus, vicaria præfectura Ecclesiæ præcesset, idque ne invitatis ab imperatore obtruderebatur Romanus episcopus, qui ejusdem cum ipso hæreses propugnator esset. Hæc ex epistolis sancti Martini papæ et Anastasii bibliothecarii quæ est 16 in:er epistolas Martini, Baronius in annibl.

^b Et ibidem vitam finivit. Anno Christi 654, duodecimo die mensis Novembris, quando pontificatum annis quinque, mensibus iv, et xiv diebus, administrasset.

^c Multa mirabilia operatur usque in hodiernum diem. Refert de eo Audienus, in Vita sancti Eligii, apud Surium, i Novembris, quond adhuc vivens, Constantinopoli eidam per orationem lumen restituerit. Gregorius II ejus nominis pontifex, in epistola ad Leonem Isaureum imperatorem hæreticum, hæc de sancto Martino post alia subjungit: « At beatum Martinum esse sanctum testatur civitas Chersonensis et Bospori, in quain relegatus est; et lotus Septemtrio atque incole Septentrionis, qui ad sepulcrum ejus confluunt, et morborum curationes experientur. » Refert Baronius, anno 654, num. 6, se a vro quodam maxime pio et fide integræ accepisse quod in hanc usque diem memoria sancti Martini p.pæ a Gracis adhuc frequenteretur; quodque populus frequenti cœtu ad sepulcrum ejus confluens, gratias curationum accipiat, et alia justa impietet. Probabile est quod dum corpus ejus Romanum translatum fuit, Chersonenses unam partem ipsius sibi asservarint.

^d Fecit ordinationes duas per mensem Decembrem. Unam tantum ordinationem mense Decembribus fecisse potuit, quem primo tantum anno pontificatus sui mense Decembri Romæ habitasse ex iis quæ supra dixi constat. Anno enim secundo pontificatus sui Roma abductus, reliquos annos exergit in exsilio, ut patet supra. Baronius, prædicto anno, num. 2.

^e Cessavit episcopatus ejus dies xxviii. Non est probabile quod tam brevi temporis spatio obitus sancti